

*Giovanni di Sartano di Reggio consegna  
lettere ducali a Guglielmo Longastreca  
e Giovanni di Sarneto di Reggio*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali  
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Giovanni di Sartano di Reggio consegna  
lettere ducali a Guglielmo Longastreca  
e Giovanni di Sarneto di Reggio*

1323-03-05

n nomine Domini nostri Iesu Christi amen.  
Anno eiusdem Dominice incarnationem Millesimo  
trecentesimo vigesimo tertio, mensis martii die quinto  
tertie inditionis apud Rheggium, Regnante Domino  
nostro, Domino Rege Roberto Dei gratia Illustrissimo  
Hierusalem, et Sicilie Rege, Ducatus Apulie, Principatus  
Capue, Provincie, Forcalquerii, ac Pedemontis Comite,  
anno quinto decimo feliciter Amen.

Nos Nicolaus de Tropiano Iudex Civitatis Rheggii,  
Guglielmus de Calabro publicus notarius civitatis  
eiusdem, et testes subscripti ad hoc specialiter vocati,  
et rogati, presenti scripto publico notum facimus,  
atque testamur, quod pretitulato die quinto dicti mensis  
martii, nobilis Vir Ioannes de Sartano de Rheggii  
Nuncius et Procurator Magnifici Viri Domini Guglielmi  
Ruffo de Sinopoli, ostendit, presentavit, et assignavit  
in nostra presentia nobilibus viri Guglielmo Longastreva  
et Iudici Ioanni de Sarneto de Rheggio, quasdam  
Literas nobilis viri iudicis Ioanni de Luciardo de  
Fundis totius Ducatus Calabrie, sigillo munitas, pro ut  
solent communiri litere Ducis Calabrie, quas vidimus  
et inspeximus diligenter, et erant per omnia ut moris  
est sub presentia eisdem nobilibus viris Guglielmo  
de Longastreva, et iudici supradicto tenoris huiusmodi  
videlicet. Accipiant ergo dicti Coniuges mandatum  
Ducale exhinde cum omni sollicitudine et studio cum  
omnibus clausulis, conditionibus et reservationibus,  
officialibus mandando ut dictos Coniuges inducant in  
corporalem possessionem predicti feudi et bonorum  
authoritate presentium, facientes eisdem, et suis  
heredibus et successoribus de fructibus predictorum  
feudi, et bonorum responderi fidelitate Regia et Ducale,

Regis aliis, et quilibet altius iuribus semper salvis. Tenore presentium etiam mandamus Magistro Iustitiario, uno de dictis Coniugibus, seu Procuratore et Nuntio, per eosdem tradito reliqua duo, nobis ad Curiam transmittat, ut uno ipsorum ratiocinii tempore producendo, reliquum dictis Dominis Magistris Rationabilibus, ut nobis iniungitur transittat in Archivo Curie conservandum, et omni meliori forma ambo ad id exequendo valeant iuxta conscientiam, et tenorem eiusdem; necnon Reggiorum commissarium. Qui predicti commissarii cupientes ad executionem predictarum literarum pervenire tam debite, quam devote requisivit nos qui supra Iudice et Notarium, et testes subscriptos, et per Regni terminos in hoc officium declarando, ut eis assistere debemus visuro et oculum executionem faciendam per eos super tenore literarum ipsarum et acturum exinde tria publica consilia instrumenta ut supra in dictis literis continetur. Quare requisitionibus iustis cum potestate annuentes, maxime quia Officium nostrum iuxta petentibus denegare non possumus, nec debemus, commissariis ipsis assistimus, et predicto die quinto dicti mensis martii in predictis locis ubi sita sunt ipsa bona in nostri presentia commissarii ipsi forma predictarum literarum Ducalium diligenter attenta, et in omnibus observata, nobilem virum Ioannem de Sartiano de Rheggio Procuratorem et Nuntium specialem predictorum Domini Guglielmi et Domine Catharine Coniugum, pro iisdem in corporalem possessionem predictorum stabilium bonorum omnium induxerunt, et fecerunt eisdem Coniugibus de fructibus eorundem stabilium bonorum integre, integre responderi fidelitate Regia, et Ducali, Reggisque aliis et cuiuslibet alterius iuribus semper salvis.

Unde ad futuram memoria, et tam Curie certitudinem, quam dictorum Coniugum et heredum cautelam facta sunt tria publica consimilia instrumenta per manus mei praedicti notarii publici, scripta et subscripta, signo meo solito signata, sigillo, et subscriptione Domini iudicis, et subscriptorum testium subscriptionibus roborata, quorum unum ipsi dicto Procuratori pro dictis Coniugibus assignavit, reliqua duo penes se retinendo in Curiam transmittenda, et unum ipsorum penes se retinendo sui ratiocinii tempore producendo. Reliquum mittendum Dominis Magistris Rationalibus in Archivo Curie conservando. Datum anno, die, loco et inditione premissis. † Ego qui supra Nicolaus de Tropeano iudex Rheggii. † Ego Guglielmus Longastreva de Giorgii testor. † Ego iudex Ioannes de Sartiano testor. † Ego Iacobbus de Locuteta predicta testor. † Ego Iozzelinus Longastreva de Georgiio testor. † Ego Gregorius Dendaggio testor. † Ego Gregorius de Morello testor. † Ego Franciscus de Morello predicta testor. † Ego Ioannes de Antimo predicta testor. † Ego Tomasus de Amantea predicta testor. † Ego qui supra Guglielmus de Calabro publicus civitatis Rheggii notarius predicta scripsi, et subscripsi.